

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

DE RELIQUIS NVGIS

Græce, Ebraice, Latine. Persuasus enim sum, & certo est certius, est qui utcumq; non infeliciter in sacris literis, in tractatione scripturæ sacræ versari velit, nihil acturum, nisi linguarum perfidijs Ebraice Græce & Latine sit instructus. Qui enim tantum Germanice aut Bohemice callens accesserit, qui fieri potest, ut non plerisque locis labat & impingat foedissimè? Et ad Senatores Civitatum Germanicæ. Neque nos (inquit) impedire debet, quod aliqui se iactant de spiritu, & scripturam parvi faciunt. Aliqui item, sicut fratres Vualdeses, linguas non existimant vtilis. Sed bone amice, spiritus huc, spiritus illuc, Ego quoque fui in spiritu, atque etiam vidi spiritus (si omnino de proprijs glorandum est) forte plura illi ipsi adhuc intra annum videbunt, quantumcumque etiam glorietur. Et spiritus meus etiam aliquatenus se ostendit, cum tamen eorum spiritus in angulo sit tacitus, & non multo plus faciat, quam ut gloriatur. Hoc autem probe scio, quantumcumque spiritus totum factat solus, fuissem adhuc oibus arbutis nimis longinquum si me non inuisissent linguæ, & certum securitque fecissent scripturam, Potuissem & ego probus esse & in silentio recte predicare. Sed Papam & Sophistas cum toto regimine Antichristiano bene diuissimum esse quod sunt. Diabolus spiritum meum non tanti reputat, quantum meas linguas & calamos in scriptura. Spiritus enim meus non recipit sibi nisi me solum, sed scripturæ & lingue faciunt ei mundum nimis angustum, & inferunt ei damnum in suo regno. Hec illo tempore. Nunc autem in Politica sua visitatoria longe alias prescribit leges. Damnauit prius Philosophica gentilia & humana studia, Nunc iubet ut scholasticis elegant officia Ciceronis, Virgilius, Ouidius, Terentius, Plautus, &c. Comedauit antea linguas, nunc vero precipit, ut ludii magistrum primum dent operam, ut pueros solummodo latine doceant, non Teuthonice aut Græce aut Ebraice, sicut hactenus fecerunt aliqui, onerantes ista varietate miseros pueros, qui non solum infructuosa, verum etiam perniciose existit. Videtur item, huiusmodi preceptores non puerorum querere profectum, sed propter gloriam suam totum proponere linguas. Deinde, non debent pueros multis grauare libris, sed omni modo fugere multipliciter. Hec isto tempore nouus iste Nomotheres, Visitator Insularum, Quid enim aliud querit his legibus nisi nouum in Germania, si non Papatum, saltem Episcopatum?

Habes nunc, Illust. Pr. que non ego modo, sed omnes fere boni, eruditi ac cordati homines de Saxonica Luteri Visitatioe sentiunt.

Quia

In lib. ad Senatores omnium Civitatum

omnino
atque
nihil
vdi dante
am
omnino
in
in
in